



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6. De peccato eortum, qui Christum occiderunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

stendum, & videntes illa ad confirmationem professionis Christi, debebant credere illum esse Christum: quia tamen de Christo multa excellentia & maxima praedicta erant, quae in Iesu non apparebant, quia in secundo aduentu implenda sunt, & maiores ignorabant istos duos aduentus, & putabant Christum in

quo est, Postulaa me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, sequitur quod cognouerint eum esse filium Dei. Chrysostomus etiam ibidem dicit, quod cognouerunt eum esse filium Dei. Beda etiam dicit super illud Luc. vigesimoteretia. Quia nesciunt quid faciunt, Notandum, inquit, quod non pro eis orat, qui quae filium Dei intellexerunt, crucifigere, quam confiteri maluerunt: sed ad hoc potest responderi, quod cognouerunt eum esse filium Dei, non per naturam, sed per excellentiam gratiae singularis. Possumus tamen dicere, quod etiam verum Dei filium cognouisse dicuntur: quia euidentia signa huius rei habebant, quibus tamen assentire, propter odium & inuidiam noluerunt, ut eum cognoscerent esse filium Dei.

A D S E C V N D V M dicendum, quod ante illa verba praemittitur, Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent, & postea subditur, Nunc autem uiderunt & oderunt & me & Patrem meum. Per quod ostenditur, quod uidentes opera Christi mirifica, ex odio proceffit quod eum filium Dei non cognouerunt.

A D I I I. Dicendum, quod igno-

rauerunt, quo modo hic secundus aduentus futurus esset, & sic de regno Christi fuisse edocti, &c. sed ipsi nolentes intelligere, dixerunt, Blasphemauit, reus est mortis, &c. Vbi apparet eorum affectata caecitas. si enim blasphemia est hominem esse Christum filium Dei, cur ergo expectando talem futurum Messiam, a Iesu inquiritis, an ipse sit? numquid Christus blasphemus esse debet? Si autem non est blasphemia Christo, sed huic pauperi Iesu, quem auditis post miracula suscitasse Lazarum, audire quod hic pauper uenit gloriosus cum potestate, &c. dicitur quod paupertas, & abiectio non facit illum blasphemum, sed testem ueritatis: sed deprauatus affectus declinauit ad execrandum hominem.

Ad hoc potest dici, quod inter maiores erat latitudo & quod illi maiores, qui perspicacius scripturas nouerant, & miracula doctrinaeque Christi uiderant, nouerant illum esse Christum; quia ut dicitur Math. 81. dixerunt, hic est haeres. Alii autem maiores, qui non sciebant, tot ignorare potuerunt. Nulli tamen excusari ob ignorantiam fuerunt, quia in promptu habebant, unde poterant cognoscere testimonia Christi & certificari de dubiis, quo ad excellentiam ab ipso quem uita, doctrina scripturae, miraculaque tot commendabant. Si quis autem putat omnes maiores cognouisse ipsum esse Christum, dicere potest quod cognouerunt ipsum esse Christum, quamuis, non cognouerint, qualiter Christi officium consummaturus esset.

Mini uidetur, saluo meliori iudicio, distinguendum inter illud quod Iudaeorum principes potuerunt, ac debuerunt cognoscere, & id, quod de facto cognouerunt, & dicendum, quod potuerunt, ac debuerunt cognoscere, Iesum esse Christum, & quod de facto non cognouerunt Iesum esse Christum. Et primum satis patere potest, ex testimonijs miraculorum & doctrinae, haec enim duo dominus ipse allegat Ioan. 15. Si non uenisset, & locutus eis non fuisset, quo ad doctrinam testimoniantem de se, & si opera non fecissem, quae nemo alius fecit, &c. quo ad

A miracula. Secundum autem suadet ex eo, quod omnia dicta de Christo non cognouerunt impleri in ipso: prophetatum enim erat de ipso, quod erat futurus rex Israel, & redempturus ex captiuitate Israel, &c. unde Magi dixerunt, Vbi est qui natus est rex iudaeorum. Et hoc licet modo cognoscatur, quod de Christo in secundo aduentu inteligitur temporaliter, in primo autem spiritualiter tantum, ante Christi tamen resurrectionem non erat haec distinctio cognita, ut patet ex eo quod nec ipsi Apostoli a domino edocti, cognoscebant hoc dicitur enim Luc. 18. quod cum dominus praedixisset mortem & resurrectionem suam, ipsi nihil horum intellexerunt. Et Ioannes euangelista de se ipso etiam testatur, quod in die resurrectionis credidit, & quod non dum sciebat scripturam de resurrectione Christi. Discipuli quoque euntes in Emaus, dixerunt, Nos sperabamus, &c. quod ipse esset redempturus Israel, quod spebat ad regnum eius, & ad hoc spebant alia dubitanda inducenda. Quia ergo distinctio ista duorum aduentuum Christi erat ignota, principes iudaeorum malitia affectus proprii in Christum uelati, reliqua ex scriptura & signis & doctrina testimonia, tamquam insufficientia abiecerunt; cum tamen essent sufficientissima, & secundum aduentum explicantia & promittentia: quin potius, quia Christus rex erat futurus, tamquam usurpatione tituli regii ex hoc ipso, quod Christum se dicebat Iesus, accusauerunt eum coram Pilato, & hoc tandem obtinuerunt sententiam mortis illius. Et licet non cognouerint Iesum esse Christum, ignorantia affectata illos uelante, dicuntur tamen cognouisse, quia in promptu erat, unde cognoscent tam ex debito & ex facultate eorum, quam ex praesentia cognoscibilis toties oblata simul cum doctore tam claro.

A R T I C V L V S V I.
Utrum peccatum Christum crucifigentium fuerit grauissimum.

A D S E X T V M sic proceditur. **V**i dicitur, quod peccatum crucifigentium Christum, non fuerit grauissimum, non enim est grauissimum peccatum, quod excusationem habet: sed ipse dominus excusauit peccatum crucifigentium eum, dicens, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. non ergo peccatum eorum fuit grauissimum.

¶ 2 Praeterea Dominus dixit Pilato Ioan. 19. Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Ipse autem Pilatus fecit Christum crucifigi per suos ministros, ergo uidetur fuisse maius peccatum Iudei proditoris, peccato crucifigentium Christi.

¶ 3 Praeterea. Secundum Philosophiam abiecerunt; cum tamen essent sufficientissima, & secundum aduentum explicantia & promittentia: quin potius, quia Christus rex erat futurus, tamquam usurpatione tituli regii ex hoc ipso, quod Christum se dicebat Iesus, accusauerunt eum coram Pilato, & hoc tandem obtinuerunt sententiam mortis illius. Et licet non cognouerint Iesum esse Christum, ignorantia affectata illos uelante, dicuntur tamen cognouisse, quia in promptu erat, unde cognoscent tam ex debito & ex facultate eorum, quam ex praesentia cognoscibilis toties oblata simul cum doctore tam claro.

¶ De minoribus uero iudaeorum tria dicuntur, primum est, quod non cognouerunt Iesum esse Christum nec filium Dei, secundum est, quod multitudo non credidit in eum, quamuis aliqui in illum crediderint, tertium est, quod multitudo seducta fuit a principibus, Ratio primi ponitur, quia non sciebant mysteria scripturarum: secundum patet ex euangelio: tertium colligitur ex euangelio Ioan. 7. & Actu. 3. Vbi ly per ignorantiam, non lubauditur replicari ad principes quia ly sicut, non denotat ibi similitudinem in causa facti, sed in facto tantum: ita quod non est sensus, Scio quod per ignorantiam fecistis, sicut & principes uestri per ignorantiam fecerunt: tunc enim esset assimilatio in facto, & causa facti. Sed est sensus, Scio quod per ignorantiam imitati estis principum uestrorum factum: sic enim est similitudo imitatio facti tantum.

Super quaest. quadragesime septime articulum sextum.

Titulus ut sonat. In corpore tres conclusiones, iuxta tria genera hominum crucifigentium Christum, scilicet principes iudaeorum, populum iudaeorum, & gentiles.

Prima conclusio, Peccatum principum fuit grauissimum ex genere peccati, & ex malitia uoluntatis. Secunda, Peccatum aliorum iudaeorum fuit grauissi-

Sup. ar. 4. ad 2. an. & opus. 60. c. 18. h.

li. 5. Ethic. 9. tom. 5.

art. 5. huius q.

Hom. 45. in Mat. in opere imperia. liquantali a med. to. 2. art. 1. & in responsione.

c. 94. secund. ordi. Bede. circa princ.

In corp. ar.

phum* in 5. Ethicorum. Nullus patitur iniustum uolens, & sicut ipse ibidem dicit, nullo patiente iniustum, nullus facit iniustum. ergo uolenti nullus facit iniustum: sed Christus uoluntarie est passus, ut supra habitum est. * non ergo iniustum fecerunt crucifixo Christi: & ita eorum peccatum non fuit grauissimum.

SED CONTRA est, quod super illud Matthaei. 23. Et uos implete mensuram patrum uestrorum, dicit Chrysostomus. * Quantum ad ueritatem excefferunt mensuram patrum suorum: illi enim occiderunt homines, isti Deum crucifixerunt.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut dictum est, * principum iudeorum cognouerunt Christum & si aliqua ignorantia fuit in eis, fuit ignorantia affectata, que eos non poterat excusare. Et ideo peccatum eorum fuit grauissimum, tum ex genere peccati, tum ex malitia uoluntatis. Miliores autem iudei grauissime peccauerunt, quantum ad genus peccati: in aliquo tamen diminuebatur eorum peccatum, propter eorum ignorantiam. unde super illud Luc. 23. Nesciunt quid faciunt, dicit Beda, * Pro illis rogat, quine scierunt quid facerent, zelum Dei habentes, sed non secundum scientiam. Multo autem magis fuit excusabile peccatum gentilium, per quorum manus crucifixus est, qui legis scientiam non habebant.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod excusatio illa Domini non refertur ad principes iudeorum, sed ad minores de populo, sicut dictum est. *

AD SECUNDUM dicendum, quod Iudas tradidit ipsum, non Pilato, sed principibus sacerdotum, qui tradiderunt eum Pilato, secundum illud Ioann. 18. Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi: horum tamen omnium peccatum fuit maius, quam Pilati, qui timore Caesaris Christum occidit, & etiam quam peccatum militum, qui mandato praesidis, Christum crucifixerunt, non ex cupiditate, sicut Iudas, nec ex inuidia & odio, sicut principes sacerdotum.

AD TERTIUM dicendum, quod Christus uoluit quidem suam passionem, sicut & Deus eam uoluit: iniquam tamen actionem iudeorum non uoluit, & ideo occisores Christi ab iniustitia non excusantur. Et tunc ille, qui occidit hominem,

iniuriam facit, non solum homini occiso, sed etiam Deo & reipublicae: sicut etiam & ille qui occidit seipsum, ut Philosophus dicit in quinto Ethic. * unde & Dauid damnauit illum ad mortem, qui non timuerat mittere manum, ut occideret Christum domini, quamuis eo petente, ut legitur 2. Reg. 1.

QVAESTIO XLVIII.

De modo passionis Christi quantum ad effectum, in sex articulis diuisa.

DEINDE considerandum est, de effectu passionis Christi. Et primo de modo efficiendi: secundo de ipso effectu.

CIRCA primum quoniam sex. ¶ Primo, Vtrum passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti.

¶ Secundo, Vtrum per modum satisfactionis.

¶ Tertio, Vtrum per modum sacrificij.

¶ Quarto, Vtrum per modum redemptionis.

¶ Quinto, Vtrum esse redemptorem, sit proprium Christi.

¶ Sexto, Vtrum causauerit effectum nostrae salutis per modum efficientiae.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod passio Christi non causauerit nostram salutem per modum meriti. Passionum enim principia non sunt in nobis. Nullus autem meretur vel laudatur, nisi per id, cuius principium est in ipso: ergo passio Christi nihil est operata per modum meriti.

¶ 2. Præterea. Christus ab initio suae conceptionis, meruit & sibi & nobis: ut supra dictum est: * sed superfluum est aliquid iterum mereri id, quod ante meruerat: ergo Christus per suam passionem non meruit nostram salutem.

¶ 3. Præter. Radix merendi est charitas: sed charitas Christi non fuit magis augmentata in passione, quam ante: ergo non magis meruit salutem nostram patiendo, quam ante fecerat.

xisset mihi, sustinuissem utique, & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo: tu uero homo uananimis, dum mens (quantum ad loculos) & notus meus, qui simul mecum dulces caperebas cibos.

Super quest. quadragesimo octauo articulum primum.

TITULUS clarus est recolentibus, in quo consistit meriti ratio, scilicet quod uendiceret sibi ex debito praemium. Et propterea passionem Christi operari nostram salutem per modum meriti, est operari sic, ut secundum iustitiam debeat sibi nostra salus.

¶ In corpore articulo uicinis est conclusio affirmatiue respondens quaesito: Christus per suam passionem, non solum sibi meruit, sed omnibus suis membris salutem: probatur: Christo data est gratia non solum, ut singulari persone, sed etiam, ut capiti ecclesiae, ergo opera Christi ita se habent tam ad se, quam ad sua membra, sicut opera alterius in gratia continent ad seipsum. ergo Christus per suam passionem non solum meruit sibi, sed omnibus membris suis salutem. Antecedens patet ex supradictis, si ut euidens per se relinquitur nota terminis. Et uere sic est: penetrantibus corpus mystici Christi esse, sicut unum eundemque hominem: secunda autem consequentia probatur ex eo, quod quilibet constitutus in gratia, patiens propter iustitiam meretur sibi salutem: quod probatur Matthaei quinto. Beati qui persecutionem.

¶ In responsione ad primum uide, quod licet facile potuisset dici, quod non est superfluum pluries mereri idem, quoniam

¶ In corpore articulo uicinis est conclusio affirmatiue respondens quaesito: Christus per suam passionem, non solum sibi meruit, sed omnibus suis membris salutem: probatur: Christo data est gratia non solum, ut singulari persone, sed etiam, ut capiti ecclesiae, ergo opera Christi ita se habent tam ad se, quam ad sua membra, sicut opera alterius in gratia continent ad seipsum. ergo Christus per suam passionem non solum meruit sibi, sed omnibus membris suis salutem. Antecedens patet ex supradictis, si ut euidens per se relinquitur nota terminis. Et uere sic est: penetrantibus corpus mystici Christi esse, sicut unum eundemque hominem: secunda autem consequentia probatur ex eo, quod quilibet constitutus in gratia, patiens propter iustitiam meretur sibi salutem: quod probatur Matthaei quinto. Beati qui persecutionem.

¶ In responsione ad primum uide, quod licet facile potuisset dici, quod non est superfluum pluries mereri idem, quoniam

¶ In responsione ad primum uide, quod licet facile potuisset dici, quod non est superfluum pluries mereri idem, quoniam

¶ In responsione ad primum uide, quod licet facile potuisset dici, quod non est superfluum pluries mereri idem, quoniam

¶ In responsione ad primum uide, quod licet facile potuisset dici, quod non est superfluum pluries mereri idem, quoniam

¶ In responsione ad primum uide, quod licet facile potuisset dici, quod non est superfluum pluries mereri idem, quoniam